



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæstiones Canonicæ De Decimis

Friderich, Melchior

Ingolstadii, 17010 [i.e. 1710]

Quæstio II. An Privilegio jus decimandi acquiri laicis possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61677](#)

ne fructuum. Constat ex praxi Ecclesiæ, decimas in laicos locatio-ne, donatione &c. transferentis, ut seqq. q. declarabitur.

461 Ex dictis consequitur I. nec ipsas decimas, prout sunt fructus Ecclesiastici, & stipendium ministerij spiritualis, per se deberi posse laicis. II. Jus decimorum primarium & fundamentalē semper manere penes Ecclesiam: quia radix solutionis decimorum est debitum, quo semi-nantibus spiritualia debentur temporalia, ut loquitur S. Thomas *l.c.* unde cùm jus decimandi juxta *c. ult. de rer. perm. sit spirituale*, utpote fundatum in officio sacro, semp̄erque maneat, eò quòd fide-les, etiam dum laicis solvunt deci-mas, id faciant propter ministeria sacra ab Ecclesia ipsis impensa, ne-cesse est, ut perseveret apud Eccle-

siam, cùm in laicos, ut qui officio sacro non funguntur, non transeat. III. Laicos non tamen suo quām Cle-ricorum nomine decimas ab Eccle-sia concessas colligere, ut obser-vant Suar. *c. 25. à n. 6.* & Petr. Bar-bosa *in l. Titia ff. fol. matrim. n. 41.* IV. Sequitur, ut bene observat Engel *tit. de decim. §. 3. n. 19.* quòd Ecclesia decimas à laico possellas vindicare contra fiscum possit, si ille sine legitimo hærede defunctus bona vacantia reliquerit, aut cri-men confiscatione dignum com-miserit: quia jus accipendi, ut lo-quitur S. Thomas *cit. a. 3. ad 3.* di-rectum videlicet & primarium, semper manet penes Ecclesiam, & in feidis ac bonis emphyteuticis domino directo præjudicari non potest.

Q U Ä S T I O II.

An Privilegio Jus Decimandi acquiri Laicis possit.

S U M M A R I U M.

462. *Privilegij & Feudi discri-men.*

463. *Laicis acquiri jus decimandi potest privilegio Pontificio.*

462 **P**rivilegium & Feudum, quæ hīc à non paucis confunduntur, discernenda sunt. Privilegium e-nim, etsi non raro sub modo, & cum aliquo onere concedatur, suā

464. *Episcopus ijsdem fructus decimales ex justa causa ad ali-quod tempus concedere potest.*

tamen naturā onus non exigit, & s̄p̄e est liberalis tantum concessio & pura donatio. Feudum verò etsi & ipsum sit quoddam beneficium, quia est benevolia rei immobilis concessio

concessio cum translatione utilis
domini: fit tamen sub fidelitatis &
obsequiorum honestorum obliga-
tione.

463 Affert. I. Potest laicus jus deci-
mandi acquiriri privilegio SS. Ponti-
ficiis. Constat à posteriori ex praxi
Ecclesiarum, quæ Regibus varijs ac
Principibus hoc jus concessit, uti
referunt Covarr. qq. pract. c. 35.
n. 2. Suar. c. 75. n. 11. & 12. Rebuff.
q. 10. de Decim. Gonzal. ad c. 19.
h. t. n. 4. ac alij, & patet ex Can.
Adrianus dist. 63. c. 7. de his, qua
fiunt à Pralat. c. 3. h. t. & c. 2. eod.
in 6. §. 1. & 2. Ratio est: quia cùm
SS. Pontifex de Beneficijs & omni-
bus bonis Ecclesiasticis liberam ha-
beat disponendi potestatem juxta
c. 2. de Prab. in 6. potest perceptio-
nenem decimarum, quæ ex primæva
dispositione annexa est titulo spi-
rituali, ab hoc separare, & quod
temporale est, laicus concedere, vel
in perpetuum, sive in remunera-
tionem beneficiorum & obsequio-
rum, quæ præstiterunt Ecclesiarum, si-
ve cum onere fundandi novas Ec-
clesias &c. vel ad tempus, v.g. pro
bello sacro contra Infideles, aut
Hæreticos. Estque hæc potestas,
ut observat Suar. cit. n. 12. morali-
ter necessaria ad bonum Ecclesiarum
universale, quemadmodum & gra-
titudine ac remuneratio. Ceterum
hoc privilegium non extendi ad
decimas Novalium, dixi suprà n.

390: Absoluta verò & plena do-
natione decimas translatas non
suisse in laicos, sed tantum in feu-
dum datas, dicetur infra n. 50 s.

Assert. II. Etsi Episcopus non 464
possit laico concedere jus perci-
piendi decimas, uti tradunt omnes
DD. & constat ex can. Pervenit.
1. q. 4. can. Benè dist. 96. c. Venera-
bilis de Confirm. ut. Potest ipsi ta-
men ex justa causa, v.g. quia Ec-
clesiarum bona ab Hæreticis vindica-
vit, concedere ad vitam aliud
tempus brevius, non quidem jus
percipliendi decimas, sed decima-
rum fructus, ut eas nomine Eccle-
siarum percipiat. Ita cum Gloss. in c.
quamvis h. t. Rebuff. cit. q. 10. n. 34.
& q. 13. n. 110. Covarr. Azor
(qui tamen non ad vitam, sed so-
lum ad tempus breve id permittit)
ac communiter DD. apud Monet.
c. 5. q. 3. n. 61. & Barbos. de Offic.
Paroch. c. 28. n. 58. Ratio dari po-
test, quia cùm in tali casu totum
jus decimandi maneat penes Eccle-
siam, illi fructus, qui laico obve-
niunt, erunt tantum annuæ quæ-
dam præstationes, quales ex suis
fructibus facere potest Ecclesia vel
ex liberalitate vel ex contractu
oneroso, sicut potest fructus Bene-
ficiales jam perceptos ex gra-
titudine donare, ven-
dere &c.

Dd 2 QUÆ.